



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Calceus. Rerum progressus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

A stri posthabito, eoq; rem deducit, ut veluti de Mercurio nationes reliqua veteres intelligebant, per Genitale nos quoque Sermonem accipiamus, qui quidem tunc exerceri debet, cum spes profectus aliqua visa fuerit affulgere, sceturamq; minime irritam futuram. Cum vero nos nulla profectus spes *Campesfr.* *et* invitari, sed aversas à bono aures, aversa hominum ingenia prospexerimus, *Campesfr.* subliganda, *quid.* orationis quippe nihil quicquam profutura frenum imponendum. Sunt vero Campesfr., perizomata, ut Eucherius, quibus juvenes qui nudi exercebantur, in campo, uti consuerunt, pudendis cooperiendi. Jam & illud continentia significatum est maxime proprium, & admodum hieroglyphicum nisi oculos verecundiorum offendret, quo pudendum fibula cohibitum ostentatur. Usitatis *Hujus rei rationem reddit Cor.* sum autem apud veteres fibulam apponere, pricipue his, quos ad Musicam educarent, ne scilicet Veneri operam dantes raucedinem contraherent. Unde & fibulare, & ejus contrarium, refibulare, verba.

RERUM PROGRESSUS PER CALCEUM.  
CAP. LV.

**S**ed neque calceus est inter indumenta contempnendus, qui progressionis indicium est: pro via-  
Calceus in  
storibus enim excogitata sunt calceamenta, proque expeditionum auspiciis in Divinis literis cal-  
ceamentum ponitur. Inde Psalmus LX. dictum volunt: *In Idumæam extendam calceamentum meum;* *Divinitate* *quid.* Et pro de-  
hoc est, in Idumæam progressus, eam mihi subjiciam. Sane veteres Theologi, ut Eucherius tradit,  
missione veluti per pedes humanitatem Christi significari dicunt, ita eum advenisse, & corpus nostrum in-  
duisse, per calceamentum ita porrectum interpretantur, & quod positum est, in Idumæam, in ple-  
bem gentilium hanc manifestatum iri pollicentur. Quod quidem dictum, Jane mi, Aegidius noster  
cum tempora, quibus hac futura sint, dinumerasset, rem multis divinorum vatum oraculis com-  
probavit. Reliquum est, ut quæ futura ille magnus omnino vir prædictus, nos assiduis precibus, ab  
Optimo Maximo fatorum Rege depositamus, ut tu argumentum habeas ingenio tuo dignum, quod  
scriptis illustrare aggrediaris.

JOANNIS PIERII VALERIANI  
HIEROGLYPHICORUM  
LIBER XLI.DE IIS QUÆ PER BULLAM, ANULUM,  
IN SIGNIORES ALIQUIT GEMMAS, ET  
gestamina quædam significantur,

Ex sacris Ægyptiorum Literis.

AD ORNATISS. PATRITIUM VENETUM JO. CORNE-  
LIUM FANTINI CLARISSIMI F.

**C**um primum intellexi, Magnificentissime Joannes, te præstantissimi viri Aloisi Cornelii generum effectum, clarissima quippe Clara ejus Filia in uxorem accepta, statim Venetas advolavi, de tam felici matrimonio tibi conum gratulatus. Inveni vero domum totam exultantem gaudio, & aufficatissimis nupiis bona commodaque omnia ominantem, te vero cum insitoribus agere de muliere mundo, de bulla aliqua pereleganti, aureoque torque, & anulo pronubo, in quo non splendore tantum, sed & pulcherrimum aliquod signum, quod antiquitatem saperet, queritabas: ideoque adventum meo latatus, super bis multa interrogare capili, quod circa rerum hujusmodi cognitio-  
nem diu versatum noras, de quibus cum multa dicta fuissent, longeque plurima dicenda essent, roga-  
si me, ut per otium ea scripta tibi tradicerem, si hac quietius examinares. Bullam autem præcipue petebas,  
*SSS. 3* anulumq;